Quæstio Medica

Cardinalitijs disputatiōib᷒ agitanda In scholis Medicorū die Jou. 2 maij

D. Jacobo Marant Illustriss. Caroli à Lotharingia S. R. E. Cardinalis et sacro. Imperii Principis consiliario, et Medico Moderatore sapientiss.

Estne Strumarum quàm Bubonum venereorum difficilior Curatio?

Affectionum externarum (ὄγκους vocant) triuiusa seges, partim à materia vt phlegmone, erysipelas, œdema, schyrrus, partim à loco in quo emergunt vt bubo, parotis, diuersitatem desumunt, difficultate curandi à strumis superatur. Sunt hæ vel glandulæ putri pituita imbutæ, et induratæ, vel adenosi tumores propria tunica obuoluti, quasi in glandularum formam concrescant, ideoq; non modo ceruicem, alas, et inguina, vbi glandulæ multæ valis subternuntur, inuadunt. Sed etiam aliquando in mammis et lateribus erumpunt, ac reliquis partibus disseminantur, prout viruà interius conceptum facunda ins κακοηθείας sobole foras propagatur.

Tumorum omnium qui sæpius occurrit, quiq; grauius vrget, et febres aliasq; grauissima symptomata inducit, partis laborantis distentionem, dolorem, calorem supra temperiem auctum, comitem rubedinem, ruborem, pulsationem, duritiem, phlegmone exquisita quidem altera, laudabilis sanguinis sola quantitate peccantis soboles, altera notha, quæ ab eodem iam corrupto aut cæteris humoribus permixto ducit originem, communes curationis formulas admittit, resolutionem, et suppurationem.

Intemperies qualis à sanguine sit in adenum locis, maxime in inguinibus erumpat, bubo nominatur, à contusione, vel vlcere partis vicinæ, vnde fluxio excitatur, et à glandulis intercipitur, oritur, vel à natura materiam morbificam ad emunctoria propellente, ortus, iisdem quibus cæteræ phlegmonæ remediis curatur: nisi venenatâ qualitate ex venere contractâ infectus dignoscatur, in quo tum repellentibus abstinendum, sed eorum loco topica, et quæ partem laxant, et quæ foras attrahendo naturæ propellentis motum adiuuant, quæq; vim habent suppurandi, magis ex arte ad hunc affectum procurandum adhibentur.

Sed vt ex abscessibus, calidis frigidi diuturniores, ita ex tumoribus qui à sanguine ducunt originem, strumæ à pituitoso humore natæ, longe difficilius curationem assequuntur: Illæ plerumq; in schirrum induruntur, aut in vlceratum cancrum degenerant, dum earum materia crassa et frigida ~~[illegible]~~ pituitâ permixtâ non modo exulcerantur, verum etiam dolore, inflammatione, et sensim gliscente contagio, magis ac magis sæuiente, virusq; carcinomatis ~~[illegible]~~ æmulantur.

Strumarum aliæ mitiores, sublimes, exiguæ, simplices, in cute consistentes, et recens natæ, pueriq; non raro contingentes, curationem recipiunt communibus præsidiis, sumptis et admotis, intusque non mediocriter iuuant decocta attenuantia sudorifica, et translatum ex hac venereâ vnguentum, et litus ex hidrargiro: aliæ ~~[illegible]~~ malignæ, inguinibus obortæ, liuentes, inueteratæ, vlceratæ, profundæ, neq; vt plurimum sectionem ~~[illegible]~~ ferunt, raroque suppurant neque solum medicamentis irritantur, sed etiam ipso contactu, ex quibus non modo difficilioris curationis quam bubones venerei colliguntur, sed etiam adeò incertæ, vt absoluta earum Curatio citra miraculum vix vlli homini tribui reperiatur.

Ergo est ~~[illegible]~~ strumarū q̄ Bubonum venereorū difficilior Curaō.

Proponebat Jacobus Cusinot Parisinus anno CIƆ IƆ XCI.